



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 35. Quædam Facultatis Theologicæ censuræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

die ipsemet Condæus fatebatur, quod Sæc. XVII.
 a defendantis Parente Jesuitis addictis. A.C. 1620.
 simo instigatus, Arnulphum ad dispu-
 tandum admitti petiisset. Dudum lis
 in ambiguo hærebat, donec Noviomen-
 sis & Bellovacensis Episcopi Facultatis
 patrocinium suscipientes, Condæo Prin-
 cipi innuerent, Facultatis imo totius
 Parisiensis Universitatis nimium inter-
 esse, si passim omnibus liceret publice
 disputare in præjudicium eorum, qui
 de corpore suo essent, idque nunquam
 alicui permisum, nec permittendum
 fore. His igitur ac totius Ordinis Theo-
 logici suasionibus permotus Princeps,
 Arnulpho præcepit, ut a cæptis deli-
 steret, & propositum mutaret, ne gra-
 vior capiti suo ingrueret tempestas.
 Rebus sic pacatis disputatio hoc tu-
 multu toties interrupta ad tres omni-
 no horas placidissime protracta est, qua
 finita Princeps hanc controversiam pru-
 denti silentio dissimulandam, de op-
 portunitatibus tamen Sorbonam cum Socie-
 tate conjungendi mediis cogitandum
 hortatus est.

§. XXXV.

Quædam Facultatis Theologicæ censuræ.

H 4

Die

Sæc. XVII. **D**ie prima Junii hoc anno Facultas
A. C. 1620. Parisiensis Theologica quamdam
Cosentini Franciscani librum tanquam
Argentr. l. c. temerarium, scandalosum, & sacrilegis
 literis adversum proscriptis, eo quod hic
 Author Christum & Apostolos nunquam
 carnes comedisse, earumque usum A-
 postolicis Viris vetitum esse propugna-
 rit: quarta item Novembris die eadem
 Facultas duodecim Doctoribus negoti-
 tium dabat, ut Biblia Sacra vulgari
 idiomate a Petro Frizonio edita ab
 omnibus erroribus expurgarent, inter-
 dicta interim eorum lectione.

§. XXXVI.

Lovaniensis & Duacensis Academiarum judicium circa quædam vota.

*Argentre
coll. Judic.
toms. 2.*

Ejusdem anni die prima Decembris
 Pater Michael Potier ex Ordine Fra-
 trum Prædicatorum Theologicæ Fa-
 cultati exponebat, quod Moniales Car-
 melitæ Discalceatæ, quæ in Francia
 jurisdictioni Episcoporum subsunt, a
 designato quodam Visitatore ad emit-
 tenda quædam vota immerito ac in-
 juste fuerint coactæ, proin an ea sint
 legitima, earumque conscientiam ob-
 stringant, ferio examinari, & æqua-
 lance ponderari, a Facultate Parisina
 tanquam difficultatum ad doctrinam
 perti-